




# Gospel for the Epiphany of Our Lord


Tonus ad libitum


**D**  Ominus vobíscum. R̃. Et cum spí-ri-tu tu-o.


 Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̃. Glóri-a ti-bi Dómine.


**C**  Um natus esset Jesus in Béthlehem Juda in di-ébus Heródis regis,


 ecce Magi ab Ori-énte venérunt Jerosó-lymam, dicéntes: Ubi est qui natus


 est rex Judæ-órum? Ví-dimus enim stellam e-jus in Ori-énte, et vénimus

 adoráre e-um. Audi-ens autem Heródes rex, turbátus est, et omnis


 Jerosó-lyma cum il-lo. Et cóngregans omnes príncipes sacerdotum, et

 scribas pópu-li, scisci-tabátur ab e-is, ubi Christus nasceré-tur. At il-li


 dixerunt e-i: In Béthlehem Judæ: sic enim scriptum est per Prophétam: Et



tu, Béthlehem terra Juda, nequáquam mí-nima es in princí-pibus Juda: ex te



enim éxi-et dux, qui regat pópu-lum me-um Isra-ël. Tunc Heródes, clam



vocá-tis Magis, di-ligénter dí-di-cit ab e-is tempus stellæ, quæ appáru-it e-is:




et mittens illos in Béthlehem, di-xit: I-te, et interrogá-te di-ligénter de




pú-ero: et cum invené-ri-tis, renunti-áte mi-hi, ut et ego véni-ens adórem




e-um. Qui cum audíssent regem, abi-é-runt. Et ecce stella, quam víderant




in Ori-énte, antecedébat e-os, usque dum véni-ens, staret supra, ubi erat



pu-er. Vidéntes autem stellam, gaví-si sunt gáudi-o magno valde. Et intrántes




domum, invenérunt pú-erum cum Ma-rí-a matre e-jus, ( Hic genuflectitur )



et proci-dentes adoraverunt e-um. Et ap-ertis thesauris su-is, obtu-lérunt e-i



múnera, aurum, thus, et myrrham. Et respónso accépto in somnis ne



redí-rent ad Heródem, per á-li-am vi-am revérsi sunt in regi-ónem su-am.